quidem summis simul connexis quae et quanta ex inscriptionibus ap:
paruerint bona eadem omnia in haereditate villae Skłodki Symbony
Consistentia cum omnibus utilitatibus attinentiis iuxta vim et
nexum originalis inscriptionis et per fratres suos adscriptionis acce:
ptatis aut superreceptionis tenere habere et possidere ac modo
obligatorio utifrui hinc usque ad exemptionem et summae totam
per parentem suam et fratres necnon et per se coassumptarum
integram et indivisam exolutionem inscripsit et assecuravit
Intromissionemque illi iam ex nunc cum pacifica possessione ac
ptandum admittendi

Skłody Sorcowi Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Brañ. personaliter comparens Nobilis
Pantaleon filius olim Mathaei Skłodo sanus mente et corpore
existens palam et libere recognovit Quia Generoso Stanislao eius filio
olim Thomae in Krasowy Skłody haeredi et ipsius legitimis Successoribus
bonorum suorum immobilium in haereditate Skłody Stawarnice consistentium
quadraginta sulcos citra vel ultra inter metas eiusdem et Valentini
Skłodo fratris sui germani a villa ad granitiem Krasowska pro:
tenden. Item subditi laboriosi Gregorij Kaznicki summi interesse
super se speciantis cum casa horto eius fundis per ipsum possessis
Uxore pueris pecoribus pecudibus totaque substantia et suppel:
lectili domestica dierum laboribus et obedientia eandem nec non
cum omnibus utilibus fructibus attinen. proventibus nullis exce:
ptis in summa Triginta duorum floren. post hinc et a Die
Dominico Ramis palmarum ad annum integrum inexemptibiliter et
indefectum pro tunc exemptionis de anno in annum annis se continue
et immediate sequentibus usque ad exemptionem et summae totalis
integram et indivisam exolutionem obligavit ac inscripsit Cui
iam ex nunc intromissionem realem cum pacifica possessione acceptandam
per ministerialem et Nobiles duos acceptandam dat et admittit Submittendo
se cum suis posteris de omnibus bonis memoratam tenutarium
et eius posteros occasione praemissorum ab omni impedimento
iudicio quorumvis personarum toties quoties durante eiusmodi
iure obligatorio opus fuerit tueri defendere evincere libe:
rare intercedere pacificare et solus per se et per submissas
personas non inquietare sub vadio simili et Coram officio praesenti
in primo citationis termino peremptorie sub rationis satisfaci:
endo Ordinibus in universum iuris remediis et defensis legalibusque
impedimentis etiam de iure competentibus se et suos successores
solus vti abrenunciando